

Vd
366





СТАВРОПОЛЬСКОЕ
УЧЕБНО-НАУЧНОЕ
ИЗДАТЕЛЬСТВО

I



R E C T O R A C A D E M I A E L I P S I E N S I S C I V I B V S

In publica gratulatione recentis matrimonii Diuorum Principum, FRIDERICI CHRISTIANI et MARIAE ANTONIAE, quum Academia nostra, ante hos triginta amplius annos, in templo Paullino, praesentibus ILLIS, laetitia suam pietatemque demonstraret: omen felicitatis publicae, olim, a prole quoque principali, expectandae, capiebat illa etiam ex ipso templo suo, in quo exultant seruatur Diuae ELISABETHAE, Bavariae Principis, Diui ERNESTI, Saxoniae Electoris, laudatissimae coniugis; sed multo magis e singularibus ILLORVM Coniugum, talium ac tantorum, virtutibus, quam laeta tempora communem Patriam essent mansura, praecipiebat. Neque tamen Academia, quantumvis et admirationis et expectationis plena, eam felicitatis magnitudinem ominata est, quae deinde contigit. Natus est enim, beneficio diuino plane singulari, e tali tantorum Principum coniugio, haud ita diu post FRIDERICVS AVGVSTVS, Pater Patriae nostrae verissimus, quo quidem fingi cogitatione aut votis expeti neque indulgentia facilius, neque sapientia iustior, neque animo maior, potuerat. Nam, ut a caeteris EIVS virtutibus discedatur, quis vestrum, *Ciues*, vel in homine priuato, satis admirari se posse putet pietatem in parentes tantam, quantam ILLE Matri, viucae non minus, quam mortuae, demonstrauit, Matri eo Filio longe felicissimae, cui vnum hoc defuit ad omnigenam prosperitatem, quod non contigit Ei diutius testem esse Filio, paternas virtutes in imperio vniuersas expromenti. Equis est, quin vehementer doleat caritatis motus ac pietatis vinculum tale ruptum, idque citius opinato. et ruptum acerbissimo Virisque cum dolore. et Matri ad caecites festinantis, et Filii beneficio diuino (utinam constanti maximeque diuturno!) inter mortales suos remorantis? Nos vero doluimus ILLIVS dolore, pietatemque Filii talem ac tantam uti est subsequuta nostra pietas; ita desiderium pietissimae Parentis, eiusdemque Patriae Parentis, nostris animis numquam excidet. Restat tamen, ut iustus persolutis memoriam Eius, quemadmodum priuatim venerandi fecimus; ita etiam publice grati consecremus, pietatemque nostram ad omnem posteritatem prodamus. Habebitur ergo *Dominica V. p. Trinit.* in templo Paullino sacra Oratio super Psalmi CIII. v. 15. — 17. ab oratore disertio, *D. Io. Frid. Burfchero* V. S. R. ad illud consilium adcommodate. Posthaec Ord. Theol. Decanus, *D. Frid. Imman. Schwarzius*, V. S. R. parentali Oratione laudes Diuae MARIAE ANTONIAE, qua pollet dicendi facultate, persequetur.

Ad haec sollempnia, in templo Paullino celebranda, ut a dictae diei hora II. pomeridiana consuatis, et eo mentem adferatis castam ac piam, quae pro Patriae Parentis et vniuersae Domus Augustae salute ac felicitate preces ardentissimas fundat, ex more magis, quam quod ita necessarium ducamus esse, hortamur atque oramus. P. P. Domin. IV. p. Trinit. A. C. 1703ccclxxx.



W. 300 A

ULB Halle
001 015 060



3

AL





R E C T O R A C A D E M I A E L I P S I E N S I S C I V I B V S



centis matrimonii Diuorum Principum, FRIDERICI CHRISTIANI et MARIAE ANTONIAE, quum Aca-
 s triginta amplius annos, in templo Paullino, praesentibus ILLIS, laetitiam suam pietatemque demon-
 s publicae, olim, a prole quoque principali, exspectandae, capiebat illa etiam ex ipso templo suo, in
 e ELISABETHAE, Bauariae Principis, Diui ERNESTI, Saxoniae Electoris, laudatissimae coniugis; sed
 LLORVM Coniugum, talium ac tantorum, virtutibus, quam laeta tempora communem Patriam essent
 que tamen Academia, quantumvis et admirationis et exspectationis plena, eam felicitatis magnitudinem
 de contigit. Natus est enim, beneficio diuino plane singulari, e tali tantorum Principum coniugio,
 VS AVGVSTVS, Pater Patriae nostrae verissimus, quo quidem fingi cogitatione aut votis expeti neque
 sapientia iustior, neque animo maior, potuerat. Nam, vt a caeteris EIVS virtutibus discedatur, quis
 ine priuato, satis admirari se posse putet pietatem in parentes tantam, quantam ILLE Matri, viuac non
 onstrauit, Matri EO Filio longe felicissimae, cui vnum hoc defuit ad omnigenam prosperitatem, quod
 n esse Filio, paternas virtutes in imperio vniuersas expromenti. Equis est, quin vehementer doleat
 n eum esse vniuersae salutis, et vniuersae civitatis, et vniuersae Christianitatis, cum dolore, et Matri
 lii beneficio diuino (vtinam constanti maximeque diuturno!) inter mortales suos remorantis? Nos ve-
 pietatemque Filii talem ac tantam vt est subsequuta nostra pietas; ita desiderium piensissimae Parentis,
 , nostris animis numquam excidet. Restat tamen, vt iustis perfolutis memoriam Eius, quemadmodum
 us; ita etiam publice grati consecremus, pietatemque nostram ad omnem posteritatem prodamus. Ha-
 . *Trinit.* in templo Paullino sacra Oratio super Psalmi CIII. v. 15 - 17. ab oratore disertio, *D. Io. Frid.*
 consilium adcommodate. Posthaec Ord. Theol. Decanus, *D. Frid. Imman. Schwarzius*, V. S. R. paren-
 MARIAE ANTONIAE, qua pollet dicendi facultate, persequetur.

in templo Paullino celebranda, vt a dicendae diei hora II. pomeridiana confluat, et eo mentem adferatis
 Patriae Parentis et vniuersae Domus Augustae salute ac felicitate preces ardentissimas fundat, ex more
 magis, quam quod ita necessarium ducamus esse, hortamur atque oramus. P. P. Domin. IV. p. Trinit. A. C. c1822CLXXX.

